

GABRIEL M. LÖHR, *Das Testament des Halberstadter und Magdeburger Weihbischofs Johannes Mensing O. P.*, in «Archivum Fratrum Praedicatorum» (ISSN 0391-7320), vol. 9, (1939), pp. 223-229.

Url: <https://heyjoe.fbk.eu/index.php/afp>

Questo articolo è stato digitalizzato della Biblioteca Fondazione Bruno Kessler, in collaborazione con l'Institutum Historicum Ordinis Praedicatorum all'interno del portale [HeyJoe](#) - History, Religion and Philosophy Journals Online Access. HeyJoe è un progetto di digitalizzazione di riviste storiche, delle discipline filosofico-religiose e affini per le quali non esiste una versione elettronica.

Il materiale sul sito [HeyJoe](#) è disponibile sotto licenza CC BY-NC-ND 4.0: può essere scaricato, stampato e condiviso per uso non commerciale, con attribuzione e senza modifiche.

This article was digitized by the Bruno Kessler Foundation Library in collaboration with the Institutum Historicum Ordinis Praedicatorum as part of the [HeyJoe](#) portal - History, Religion, and Philosophy Journals Online Access. HeyJoe is a project dedicated to digitizing historical journals in the fields of philosophy, religion, and related disciplines for which no electronic version exists.

The material on the [HeyJoe](#) site is available under the CC BY-NC-ND 4.0 license: it can be downloaded, printed, and shared for non-commercial use, with attribution and without modifications.



Nota copyright

Tutto il materiale contenuto nel sito [HeyJoe](#), compreso il presente PDF, è rilasciato sotto licenza [Creative Commons](#) Attribuzione–Non commerciale–Non opere derivate 4.0 Internazionale. Pertanto è possibile liberamente scaricare, stampare, fotocopiare e distribuire questo articolo e gli altri presenti nel sito, purché si attribuisca in maniera corretta la paternità dell’opera, non la si utilizzi per fini commerciali e non la si trasformi o modifichi.

Copyright notice

All materials on the [HeyJoe](#) website, including the present PDF file, are made available under a [Creative Commons](#) Attribution–NonCommercial–NoDerivatives 4.0 International License. You are free to download, print, copy, and share this file and any other on this website, as long as you give appropriate credit. You may not use this material for commercial purposes. If you remix, transform, or build upon the material, you may not distribute the modified material.



DAS TESTAMENT DES HALBERSTADTER
UND MAGDEBURGER WEIHBISCHOFES
IOHANNES MENSING O. P.

VON

GABRIEL M. LÖHR O. P.

Über Joh. Mensing, einen der bedeutendsten Dominikaner, die in Norddeutschland gegen Luther und die Reformation aufgetreten sind, hat N. Paulus in einer vorzüglichen Abhandlung das Wichtigste zusammengetragen¹. Einige Ergänzungen konnte ich bringen in der Schrift: Die Kapitel der Provinz Saxonía im Zeitalter der Kirchenspaltung 1513-1540. Vechta-Leipzig 1930 (Quellen und Forsch. zur Gesch. des Dominikanerordens in Deutschland, Heft 26)². Er stammte aus den Niederlanden, aus Zwolle oder Zutphen, wie sich deutlich aus der handschriftlichen Eintragung in Inkunabel n. 104 des Domgymnasiums Magdeburg (ehemals Eigentum des Magdeburger Dominikanerklosters) ergibt: « Librum hunc suis comparavit laboribus fr. Joh. Henricus Mensingus *Suollanus* pro bibliotheca coenobii fratrum Pred. in Magdeburgk. Actum anno salutis 1532 »³. Er gehörte einer armen Familie an, wie das Testament besagt. Seine Ausbildung hat er dann aber in Magdeburg erhalten, dessen Kloster ein Zentrum der holländischen Kongregation war und daher manche Mitglieder aus Holland erhielt. Gerade aus Zwolle stammte einer der Führer des Klosters, Dominikus de Swollis alias Suer, Professor der Theologie, 1490 Prior in Magdeburg⁴. Zum ersten Mal wird

¹ Die deutschen Dominikaner im Kampfe gegen Luther (1518-1563), Freiburg i. Br. 1903, S. 16-45.

² Vgl. auch *Mélanges Mandonnet* II, 429.

³ H. Dittmar, Die Handschriften und alten Drucke des Domgymnasiums Magdeburg.

⁴ AFP VIII, 215-230.

Mensing genannt 1508 Februar 10, wo fr Joh. Henrici, sacerdos, im Namen des Klosters Magdeburg eine Messtiftung annimmt⁵. Diesen Namen Henrici führt er auch in den Acta capp. Saxoniae bis 1519 einschliesslich, 1523 erscheint er dort als Mensing. In Magdeburg ist er 1522-23 Prior, 1523, 1524, 1526, 1528 ist er Definitor auf dem Provinzialkapitel und gleichzeitig Vikar der Natio Saxoniae, 1534 ist er, Franckfordianae universitatis ordinarius, wieder Definitor. 1534-1539 Provinzial, erhält er in diesem Jahre am 14. Juni Erlaubnis, das Amt « propter senium » niederzulegen; er erlitt auch im Frühjahr 1541 in Regensburg einen Schlaganfall. 1539 Okt. 29 wird er Bischof von Acon und Weihbischof für Halberstadt. Sein Testament überreichte er am 5. August 1547, an dem Tage, an dem damals noch das Fest des hl. Dominikus begangen wurde. Drei Tage später, am 8. August, ist er gestorben⁶.

Das Testament charakterisiert trefflich seinen Verfasser: die feste katholische Überzeugung Mensings, seine Anhänglichkeit an sein Kloster Magdeburg, « inter quos fui enutritus et in studio educatus », an einzelne Mitglieder, die ihm besonders nahestanden, wie der Supprior Tilmann Kremer und der Provinzial Johann Albrecht; sein Interesse für die Aufrechterhaltung der Observanz im Kloster Magdeburg auch in den damaligen schwierigen Verhältnissen; die Fürsorge für seine treue Haushälterin Anna Fricken, die er vor Not schützen möchte, offenbaren sich ganz natürlich. Auch die schwierige finanzielle Lage, in der sich damals die katholischen Schriftsteller und Gelehrten befanden, auf die N. Paulus hingewiesen hat, muss Mensing wiederholt eingestehen; sie hat ihn nicht abgehalten, seinen Grundsätzen treu zu bleiben.

In nomine domini. Amen. Anno a nativitate eiusdem millesimo quingentesimo quadragesimo septimo, indictione quinta, die vero veneris, quinta mensis augusti, pontificatus ss. in Christo patris et domini nostri domini Pauli, divina providentia papae, tertii, anno eius decimo tertio, in mei notarii publici testiumque infrascriptorum ad hoc specialiter vocatorum et rogatorum presentia, presens et personaliter constitutus rev. in Christo pater et dominus *Johannes Mensing*, episcopus Aconensis, suffraganeus Magdeburgen-

⁵ Staatsarchiv Magdeburg, Urk. O. P. Magdeburg n. 32.

⁶ Quellen u. Forschungen VIII, 7.

sis ac Halberstadensis etc.⁷ et collegiate ecclesie B. Mariae V. Halberstadensis canonicus principalis⁸, habens et tenens suis in manibus quoddam chartalarium clausum et sigillo suo proprio signatum, mihi huiusmodi chartalarium exhibuit, asserens in eodem suam ultimam voluntatem contineri, omnibus melioribus modo, via, jure, causa et forma quibus debuit et potuit, constituit, ordinavit, disposuit, donavit, legavit, provisit ac protestatus fuit, aliasque et alia fecit, prout in eodem chartolario (cuius tenor de verbo ad verbum sequitur) latius continetur.

In nomine domini. Amen. Ego Johannes Mensingen, Magdeburgensis et Halberstadensis suffraganeus etc., considerans prope diem instare et resolutionis mee tempus, cum nihil certius habeam ipsa morte et hora mortis nihil incertius, tutissimum et iudicavi et anime mee saluberrimum, si domi (!) mee utpote moriturus disponam. Quare ultimam meam voluntatem duxi declarandam, quae in hoc erit, ut catholicus et fidelis moriar deo commendans animam meam licet peccatricem et multis cordibus obvolutam, petens veniam cum latrone et Maria Magdalena. Protestans me odio habere omnem haeresim et scismata sive veterum sive recentiorum hereticorum. Subdens me et dogmata mea (si quae possum dicere mea), cum sperem omnia esse s. matris ecclesie, sacerdotibus eius maioribus meis rite et canonicè per Spiritum sanctum intransibilibus etc. Et sicubi legendo, scribendo vel predicando fuerim lapsus a recta et catholica doctrina devians, eidem sancte ecclesie et sacerdotibus eius sit iudicium, quibus me plane committo prout debeo. Qua protestatione stante et anima mea peccatrice deo humiliter commendata, corpus meum post dissolutionem peto ecclesiasticae tradi sepulture per personas ecclesie b. Marie virginis dumtaxat, non autem, ut per hoc inhibendum sit omnibus pro me orare volentibus funeri orationis causa interesse cum devotis precibus christifidelium, ut in die communis resurrectionis Christus illud in dextera sua resuscitet collocandum, remissis omnibus peccatis.

*Quoad distributionem materialium, que sunt mihi commissa, in primis non sunt negligendi proximi mei et precipue mei fratres et domestici. Et quia fratres *Predicatores in Magdeborch*, inter quos fui enutritus et in studio educatus, plurimum mihi impartiti sunt etiam post tempus studii mei et precipue, dum in diocesi Maguntina agerem retentus a reverendissimo domino cardinali etc. et egerem⁹, pecuniam ad summam pene ducentorum florenorum*

⁷ Eubel, *Hierarchia*, III², 93.

⁸ Mensing erhält 1533 Febr. 7 oder 8 ein Kanonikat am Domkapitel St. Marien in Halberstadt mit einer Præbende von 20 Gulden « demptis voce capitulari et chori installatione » (*Germania Sacra* I, 2, 167). Sein dritter Vorgänger als Weihbischof in Halberstadt, der Dominikaner Heinrich Leuker (1514) erhielt 200 fl. aus der mensa episc. Halberstad. für sein bischöfl. Amt (Eubel l. c.).

⁹ Mensing ist Frühjahr 1538 in Vicenza als Vertreter des Mainzer Erzbischofs. Paulus S. 43 Anm. 2. Dort auch Näheres über seine Armut.

mihi diversis vicibus miserunt, unde sustentabar. Erubesceram etenim principem rogare, sperans ipsum per omnia se (?) posse et velle metari. Rogo dominos meos testamentarios, ut ante omnia curent, illos de his, que a me derelinquuntur, contentare quantum fieri potest. Fateor etenim etiam hoc, ut quidquid in utensilibus, vestibus, lectisterniis, in coquine utensilibus, scutellis et amphoris stanneis habeo, pro maiori parte etiam ab eisdem fratribus mihi esse in usum concessa et non esse mea propria, nisi quedam pauca, que ex laboribus officii acquisivi, que etiam cum his que concessa sunt reddantur: vix restaurum recipient de his que detrita sunt. Et si pecunie defuerint ad solvendum prefatos ducentos florenos, libri eis assignentur, quorum plures jam sunt eorum. Item domino Hinrico Eggelingk physico debeo quadraginta grossos magnos, quos daler vocant, reddantur eidem. Item que conscripta inveniuntur sub nomine inventarii in cista oblonga, videlicet pastoralis baculus, calix cum patena, crux cum cathena deaurata, tres annuli, cappa choralis, casula etc., prout in prefato inventario in eadem cista habente tres seras descripta et deposita inveniuntur, sunt officii suffraganeatus; reddantur successori meo cum cista a reverendissimo domino meo ad hoc deputata.

Item famule mee Anne Fricken promisi annuo sex florenos pro suis laboribus. Et si mihi aliquo modo concesserit, superaddantur eidem¹⁰ Anne viginti floreni in pecuniis. Deinde rogo fratres meos, ut duos lectos eidem concedant, unum in quo jaceat, alterum quo se cooperiat. Item unum par lintheaminum cum pulvinari. Item do et lego prefate Anne pannum omne linneum nondum scissum et aptum ad certos usus, teutonice ungesnetten lynenthuch, garne gewaschen ader ungewaschen flaxs und heden. Insuper do et lego eidem de carnibus fumigatis eine seiden specks ad minus, sed plus, si multum reliquero; de aliis fumatis bovinis et ovinis juxta testamentariorum meorum largitatem et meam vel copiam vel inopiam, ne me deficiente mox incipiat egere, antequam sibi providere possit. Item do et lego eidem unum plaustrum lignorum combustibilium, et si superfuerit unum maldrum frumenti pro pane habendo sive farine tantidem; addatur et ei unum vas cerevisie ex cellario meo. Item anulum aureum cum imagine gemmato do et lego eidem Anne necnon mensam clausam viridi operculo tectam et sedem bassam et den barbier stuhl, parvum cacabum ac ollulas duas ereas pendentes in coquina.

Item lintheamina pro lectis deservientia, id est bethtucher, et mappae, id est handthucher et dischtuger, et similia dentur fratribus in Magdeborch cum lectis septem, ut utantur pro hospitibus. Rogo autem fratres, ne petulantia ducti velint uti lectis aut lintheaminibus pro suis corporibus, cum sciant se debere dormire super laneos et saccones. Item vestes meliores quas

¹⁰ Von et – eidem auf Rasur.

habeo de sammelot sive harras habeant fratres in Magdeborch pro usu sacristie, si quid boni in illis est. Alioquin vendantur et detur pretium pauperibus catholicis. Verum tunicam nigram de panno angelico do et lego fratri *Tilmanno Kremer*¹¹, lectori et suppriori in Magdeborch, ut faciat inde sibi cappam nigram. Item tunicellam nigram non subductam de panno leidensi do puero servienti mihi. Item do et lego tria superpellicia linea i. e. choruchgelen pro choro fratrum in Magdeburgk, quia difficulter habere possunt. Item pelvim eneam pro lotione manuum reddo eisdem fratribus in Magdeburgk, quia mutuo dederunt mihi. Item cistam magnam que stat in cubili meo, quia ex cenobio accepi, reddo. Item cistas duas cum tribus seris do coenobio in Magdeburgk. Item duas cistas, quibus usus sum in curru, do et lego priori in Magdeburgk pro tempore existenti. Item do et lego doctore et domino Hinrico Eggelingk cappam meam nigram choralem, una cum pelvi, cum voluntate tamen patris provincialis. Calicem una cum pathena et corporali, quem a provincia Predicatorum ob debita recepi, eidem provincie restituo, remittens illa debita. Coclear argenteum, quo familiariter utor, do fratri Tilmanno suppriori, volens ut apud ordinem remaneat. Cyphum maiorem cum operculo lego filio meo in studio per me educato *Johanni Alberti*¹² patri provinciali, volens ut eo utatur et post mortem conventui Magdeburgensi redat (!). Rogo etiam familie mee detur merces pro servitio mihi impenso ac quippiam de suppellectili, ut mei memoriam habeant. Non negligantur, qui mihi servierunt in mea infirmitate.

Ad hoc et alia necessaria, quandoquidem pecuniam non habeo, vendantur frumenta, carnes et ligna. Teneor etiam venerabili capitulo Maioris ecclesie decem florenos mutuo acceptos, eidem restituantur, et exigatur ab illis calix cum patena, quem cum non sciam cui pertineat, do ecclesie nostre, donec quis certis indiciis probet, cui pertineat, et sic ad justum possessorem redeat. Et quoniam non potui donationis apostolice solutionem (prout in litteris apostolicis desuper confectis continetur) a reverendissimo domino Alberto pie memorie propter temporis improbitatem¹³ plenarie obtinere, ita ut praeter elapsi integri anni circa natalitia Christi et presentis medii circa festum Johannis Baptiste integram pensionem, restant mihi octingenti floreni aurei, rogatos volo venerabiles fratres meos capitulares et precipue testamentarios, ut pro salute anime mee et decore domus nostre diligenter laborent pro eisdem debitis obtinendis a successore eiusdem Alberti. Quorum trecentos florenos

¹¹ Über Tilmann Kremer (Mercatoris, Tyle Kramer) vgl. Quell. u. Forschungen 26, 222 Anm. 5. Letzter Prior des Magdeburger Klosters. l. c. S. 68. AFP VIII, 221.

¹² Vgl. Quell. u. Forsch. 26, bes. 68*. Joh. Alberti, prof. theol. wird 1550 Juni 27 ep. Tripolitanus und Weihbischof von Halberstadt; c. 1560 ist er noch im Amte. Eubel III², 319.

¹³ Schmalkaldener Krieg!

lego conventui Magdeburgensi, ita tamen, quod hec summa apud ecclesiam nostram deponatur et inde annui justi et soliti proventus eidem conventui perpetuo duraturi administrentur, confectis desuper litteris.

Et ne videar pauperum meorum consanguineorum oblitus, post superiorem erogationem do et lego filiis fratris mei Wulfgangi centum florenos aureos in communi dividendos. Anne famule mee do proventus quinquaginta aureorum ad vitam tantum ipsius duratura, post mortem autem eius medietas eorum servetur pro ecclesia nostra, alia medietas detur conventui Magdeburgensi. Si quid ex his debitis persolutis superfuerit, volo distribui fratribus Predicatoribus, et Minoribus et sororibus dictis voluntarie paupertatis¹⁴ et aliis religiosorum conventibus juxta testamentariorum beneplacitum ad summam residuorum quinquaginta florenorum aureorum. Reliqua domus utensilia, videlicet mensae, scamna, sedes etc. pateant pro judicio dominorum testamentariorum, vertantur in pios usus pauperum. Item lego cuilibet testamentariorum unum florenum aureum renensem. Legatariis et donatariis plura, si facultas adesset. Denique pro premissorum executione, quandoquidem aurum et argentum non est mihi, deuto omnes fructus anni deserviti et gratiae prebende et si quid in frumentis penes me repertum fuerit, ita videlicet, ut huius anni presentis et subsequents proventus et fructus et si quid post annum (juxta legationem et testamentum) erogationem superfuerit, id dividat ecclesia nostra et conventus Magdeburgensis. Rogo autem, ut si quibus legare volui, sed propter rei penuriam non potui, non moleste ferant, pensantes non defuisse affectum, cui effectus negatus fuit. Locum autem sepulture eligo ad introitum ecclesie B. Marie ad januam orientalem, si venerabile capitulum mihi locum istum concedere dignabuntur.

Testamentarios vero sive ultime huius mee voluntatis executores eligo, constituo et ordino venerabiles et egregios viros dominos Hinricum Horn licentiatum decanum, Hinricum Reckershusen et Hinricum Eggelingk doctorem canonicos ac Johannem Baptistam Schernhagen, prefate ecclesie B. Marie V. Halberstadensis vicarium. Necnon reverendissimum patrem Johannem Alberti provincialem Ord. Pred. in Saxonia, dans et concedens eisdem omnimodam potestatem de rebus et bonis meis, ut prefertur, disponendi, agendi, defendendi in forma. Et si non valeret jure testamenti, valeat saltem jure codecillorum aut quovis alio jure quo melius et efficacius valere poterit. Retenta mihi facultate mutandi, emendandi, minuendi toties quoties pro laude dei. Hec est mea ultima voluntas, quod ego frater Johannes Mensingk fateor hac mea manuali scriptura.

Supra quibus omnibus et singulis premissis idem reverendus et dominus Johannes suffraganeus etc. principalis sibi a me notario publico infrascripto unum vel plura publicum vel publica (quoties opus fuerit) fieri atque confici

¹⁴ Beginen.

petiit instrumentum vel instrumenta. Acta fuerunt hec Halberstadt in curia habitationis prefati domini testatoris et constituentis, sub anno, indictione, die, mense et ponticatu quibus supra, presentibus ibidem discretis et studiosis Mauritio Nawen et Jeremia Fricken, testibus ad premissa vocatis specialiter atque rogatis.

Et ego Thomas Wederingk, clericus Halberstadensis civitatis, publicus imperiali auctoritate notarius, quia premissis cartularii exhibitioni, ultimae voluntatis ordinationi, dispositioni, executorum sive testamentariorum deputationi, protestationi, requisitioni, omnibusque aliis et singulis premissis, dum sic, ut premittitur, fierent et agerentur una cum prenominatis testibus presens interfui, eaque fieri vidi, audivi ac in notam sumpsi, ideoque presens publicum instrumentum manu mea propria scriptum exinde confeci, subscripsi, publicavi et in hanc publicam formam redegi, signoque nomine et cognomine meis propriis et consuetis signavi in fidem et evidens testimonium premissorum rogatus et requisitus.

*Or. Perg. Staatsarchiv Magdeburg, Urk. Halberstadt BMV 1669.
Notariatssignet ¹⁵.*

¹⁵ Herr Staatsarchivrat Dr. Adolf Diestelkamp hatte die Güte, mich auf dieses Stück aufmerksam zu machen.
